



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 39. Pactionem de Sicilia Papa rejicit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

ipsum edidisset. Hic Præsul occubuit an-
no 1296 vicesima prima Augusti.

Sæcul. XIII.
A.C. 1287

Vading.
1296. n. 6.

§. XXXIX.

Pactionem de Sicilia Papa rejicit.

Consultatio de libertate paceque Caroli Salernensium Principis cum Alphonso Arragonum Rege ac Jacobo hujus fratre non successit ad votum Papæ Honorii. Eduardus Anglorum Rex concordie conciliator induxit Carolum, ut Jacobo Arragonio Siciliam integram, & in Italia archiepiscopatum Rhegiensem cederet, & a Papa posceret confirmationem pacti hujus una cum revocatione sententiæ in Regem Arragoniæ Petrum, Reginam Constantiam ejus conjugem, & amborum filios Alphonsum Jacobumque. Carolus has pacti conditiones ad Papam misit: qui eas respuit ut Carolo noxias, & in Romanam Ecclesiam injurias, cui Constantia & duo ejus filii nullum poenitentiae aut submissionis indicium, ac ne verbum quidem bonum dedissent. Attamen Carolo solatium dandi gratia permisit, ut, quamdiu Barcinone captivus esset, per Præfectos sacelli sui remissa voce sacrum, divinumque officium pro se ac suis fieri curaret non obstante Cataloniae interdicto. Hæ duæ litteræ datæ sunt 4 Martii an. 1287.

Rayn. 1287.
n. 4.

Gall. Chr.
to. 3. p. 1127.

R 2

Papa

Sæcul. XIII.

A. C. 1287.

Rayn. n. 9.

Papabr. conat.

Papa Honorius IV his non superstitibus nisi mensis unius spatio Romæ in palatio, quod prope templum S. Sabinae construxerat, obiit die Cœnæ dominicæ 3 Aprilis, ac sepultus est in S. Petri, postquam biennio, biduoque federat. Sacra dein sedes decem mensibus, & octo diebus vacavit.

§. XL.

Pueri a Judæis necati.

Boll. to. 10.

p. 700.

19. Apr.

Hoc ipso mense Aprili anni 1287 perpetrata a Judæis Vefaliæ in dicecesi Trevirensi cædes pueri Christiani dicitur. Is quatuordecim habebat annos, Vernerus nomine, natus ruri, ac de labore suo vivere assuetus. Vefaliam delatum Judæi operæ diurnæ pretio conduxerunt ad glebas portandas in cellam subterraneam. Hospita ei sua, Vernerus inquebat, cave tibi a Judæis! Parasceve imminet: illi te devorabunt. Reposuit: Committo me Deo. Die Cœnæ dominicæ sacra confessione perpurgatum, ac divino refectum epulo per speciem faciendi operis in cellam adduxere; ubi glante plumbea, ne clamaret, in os intrafa, subversum, seu demisso ad terram capite, ut hostiam acceptam redderet, ad palum astrinxerunt. Sed spe lapsi non dubitabant miscellum flagris conscindere, cultris